



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Vndeclimv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

CVM igitur dicunt: Dilectio est iustitia, ergo dilectione iuste sumus. Respondendum est: Si iusti, significat habentes virtutem, ut Philosophi loquentur, valet consequentia: Sed si significat accipientes remissionem peccatorum, non valet consequentia. Nam in antecedente sic intelligi potest iustitia pro re, quæ memmissionem, sed pro virtute, ut si dicam: Soluere venditori debita, Ergo soluens venditori est iustus. Tales argutia ab eruditis possunt dijudicari.

## V N D E C I M V M.

Iusticia est in voluntate,  
Fides non est in voluntate,  
Ergo non iustificamur fide.

ET supra aliquantulum mutatis verbis res eadem trahuntur tamen & hanc formam propono, ut studiosi exerceantur. Dicendum erga ista minor. Nam fides significat assentiri promissione, quod est in intellectu, & cum hoc assensu necessario coniunctus ducia in voluntate, volens & accipiens promissam reconciliationis & acquiescens in monstrato mediatore. Nisi enim simul vellent & acciperemus promissam reconciliationem, maneret fuga & peregrinatio. nec existeret pax seu quies conscientiae seu cordis. Quare specie ne fidei vere complectitur Euangelium velle oblatam promissionem. Quanquam autem displicant haec aduersarijs, qui acerrime contundunt, nihil intelligi nomine fidei nisi noticiam, qualis & in Unius est, tamen ad talem noticiam impossibile est congruere dicta. Iustificari fide pacem habemus. Item: Qui credit in eum, non confundetur.

D E I N D E rursus hoc moneo, quod totius dubitum est: Iusticiam quæ in nobis est, esse in voluntate. Sed iustificari significat, consequi à Deo remissionem peccatorum, & acceptationem ad vitam æternam. Haec contingunt nobis propter misericordiam, sedentem ad dexteram æterni Patris, sed tamen fide utriusque oportet. Et simul Spiritus sanctus datur, incoans nouam lucem, & nouas virtutes, quibus nos Deo subjecimus, quibus incepimus in nobis vita æterna, sicut inquit Christus: Haec est vita æterna, & agescant te solum verum esse Deum, & quem misisti Iesum esse Christum.

QVI fingunt dubitandum esse de reconciliatione, inquiunt hominem iustum esse proprijs virtutibus, ranteum habent imaginacionem Ethnicam, nec accedunt ad Deum fiducia nostra, cum tamen Deus aliter coli non velit, nec velit exaudire, nolunt vocantes fiducia mediatoris.